

dentes morum honestatem, industriosa virtutum merita, et sufficientem litteraturam honorabilis et religiosi viri Domini fratris Nicolay, filij condam Magistri Pauli de Soklos, prouincialis fratrum Canonicorum regularium Ordinis B. Augustini per Hungariam, quibus idem nostre Magnificentie probali commendatur testimonio, predictum Episcopatum in predicta nostra Insula et ad eandem spectantibus existentem, modo premissis vacantem, cum omni plenitudine sui iuris eidem Domino Nicolao Prouinciali, vtili et proficuo, ymo simul cum vniuersis suis iuribus et pertintijs, veluti sui predecessores vsi et fructi fuissent, duximus conferendum et prestandum, et de eodem eidem prouidendum, et in corporale eiusdem Episcopatus dominium introduci faciendo, decernentes testimonio litterarum nostrarum mediante. Datum in Soklos predicta feria quarta proxima in festo B. Gregorij Pape. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

(L. S. duorum Sigillorum.)

Ex Archivo Imp. Viennen. — C. Fejér. Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Anno 1399. Tom. 10. Pag. 743.

CXXVI.

Anno 1401. die 22. Aprilis. In Pachech.

Comitatum Tininiensem in Regno Croatiae situm, ibique marturinas tributi nomine datas fuisse, hoc Sigismundi Regis privilegio fit manifestum.

Sigismundus Rex Vngarie, Dalmatie, Croatiae etc. etc. Cum nos alias cum plerisque Prelatis et Baronibus nostris, ac proceribus et nobilibus Regni nostri ad Regnum nostrum Bulgarie, ubi immanissimorum Turcorum et aliarum barbararum nationum grandis casus pululabat, una cum valido nostro exercitu applicuissemus, et cum eisdem Turcis et aliis Paganis personaliter agrediendo ducentes in arca certaminis preliando, tandemque occulto Dei iudicio permittente, et fortuna nobis pro dolor nostris viribus nostri exercitus deficientibus, et pluribus fidelibus nostris nostro lateri pro nunc adherentibus prostratis, prefatus q. Nicolaus sub vexillo fidelis nostri M. Viri D. Nicolai de Gara, Regnorum nostrorum Dalmatie et Croatiae ac totius Sclavonie Bani, per eosdem Paganos succubuit et extitit interemptus. Quorum pretextu volentes ipsius Regio occurrere cum favore, quasdam possessiones, seu villas, Brusniche et Zacucchie vocatas, in Comitatu Tinniniensi in Regno nostro Croatiae existentes, in quarum pacifico et quieto dominio ipse Blasco et Nicolaus frater suus, nec non progenitores eorum a tem-